



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto firmiliano episcopo et confessore. Cap[itulum]. xxv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

# De sc̄tis quorū cer. dies cele. iguo. Fo. ccxcix.

premissis libro et capitulo scribit.

**De sancto Candido confessoze. Cap. xix.**



**C**andido confessor et ecclesiasticus scriptor eodē quo supra dicti imperatoris tēpoze floruit: de quo et antedictus eusebius eodē lib. capitulo. xxvii. mētionē facit: quod in examerō. i. p̄ncipio genesis scripsit. Et operibus perfectis effulgens cum pace dormiuit.

**De sancto Apio confessoze. Cap. xx.**




**A**p̄ius confessor et similiter ecclesiasticus scriptor tempore eiusdem seueri augusti floruit. Et hic sapientia et sacroz librozū intelligētia insignis in ap̄lm paulū et i. genesis libros nobile cōmētū erarauit: ut habetur. ecclesiastice historie lib. v. cap. xxvii. predictis. Et h̄ in fidei cōfessione clarus humanitatis debitum virtutibus pollens exoluit.

**De sancto Serto confessoze. Cap. xxi.**



**S**ertus confessor et ecclesiasticus scriptor: de quo et antefactus auctor p̄missis lib. et capitulo loquitur: claruit eodē tempore seueri imperatoris. Hic de resurrectione tā xp̄i q̄ mortuozū generali luculēter disseruit. Aliaqz nomulla opuscula edidit: et sanctis fulgens operibus in xp̄isto requieuit.

**De sancto Arabiano confessoze. Cap. xxii.**



**A**rabianus confessor et ecclesiasticus scriptor eodē antedicti seueri p̄ncipis tpe floruit. Hic et ex vitē sanctitate et doctrina pelara eusebius eodē quo sup̄ libro et cap. inter sc̄tōs eius tēporis cōnumerādo ponit. Hic enim in suis libellis plurimas exortas in diebus suis hereticozū insidias: cōfutans fidem rectam et apostolicam monumentis suozū mandauit voluminum. Et hic in pace diem clausit extremus.

**De sancto Leonide martyze. Cap. xxiii.**



**L**eonides martyr apud alexadriaz passus ē sub seueri imperatoris persecutiōe. Hic pater fuit origenis famosi doctoris et ecclesiastici scriptoris. Qui tētus a p̄secutoribus et in carcerē trusus est. Cui origenes de domo adhuc adolescens annozū xvij. epistolam exhortatoriā scripsit ipsūm


ad fidei constantiam et passionis tolerantia exortans. Unqz dñs gentilium immolare non acquiesceret: et christum negare renueret: pro martyrio christi capite plexus est. Alexandrieqz a christianis tumulatus iacet. Hec ecclesiastice historie libro sexto cap. ij.

**De sancta mamea regina et martyze. Cap. xxiiii.**



**M**amea regina mater fuit imperatoris alexandri. Cuius tempore origenes in ecclesia dei sapientia et eloquentia ac vita floruit. Hec et de ea scribitur lib. vi. cap. xvi. de raris religiosa femina: cum de origine fama magnifica vbiqz et celebris haberetur. Ita ut nec principium quidem lateret aures: missis militaribus viris antiochiam: vbi per idem tēpus ipsa regina degebat: cum omni honore et supplicatione ad se famulum dei orat venire ut sacrarum litterarum et fidei ab eo perciperet documenta. A quo et ipsa catholice religionis et diuini verbi monumenta suscepit: et baptismi christiani lateenter sacramentum excepit. Ob quod ab imperatore alexandro filio suo christiani nominis persecutore interfecta est et martyr domini consecrata.

**De sancto firmiliano episcopo et confessoze. Capitulo. xxv.**



**F**irmilianus episcopus apud cesareaz cap padocie claruit tempore alexandri imperatoris. Hec eiusdem v̄bis episcopus fuit et origenis auditor. Tantūqz venerationis erga ipsum p̄ceptorem suum habuit: ut in desinēter scientie et doctrinis ei⁹ gratia: eū constringeret secum morari. Sed et ipse de relicta ecclesia ad eum properabat: et vtebat religiosa quadam vicissitudine: dum ipsum modo ad instructionem ecclesie sue illū euo caret: modo ipse sui profectus gratia ad eūz pergeret: et docenti ei iugiter diebus ac noctibus assisteret. Hic ad antiochie plebem gratam scripsit epistolaz cōtra paulum presbyterum famosatenuz tunc nuper in consilio antiochēsi de heresi damnati. Ip̄rocesso v̄o temporis ipse beatus episcopus cum occasione dicte heresis penitus extirpande veniret antiochiam: dum esset apud tarsum in pace quicuit: cuius corpus cesaream translatum ibidem sepultum est. Hec eusebius libro. vi. capitulo. xix. et libro. vii. cap. xxvi.